

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 6: De passione domini (17)

Ambrosius:

Doles, domine, non tua sed nostra vulnera,  
non tuam mortem sed nostram infirmitatem,  
et nos extimamus esse in doloribus,  
cum tu non pro te sed pro me doles.

Doles ergo, domine, non tua, sed mea uulnera,  
non tuam mortem, sed nostram infirmitatem;  
et nos aestimauimus te esse in doloribus,  
cum tu non pro te, sed pro me doleres;  
infirmatus enim es, sed propter peccata nostra,  
non quia tibi illa infirmitas erat ex patre adsumta,  
sed pro me suscepta, quia mihi proderat  
ut eruditio pacis nostrae esset in te et liuore tuo uulnera nostra sanares.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii secundum Lucam*, 10.57  
(CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds., p.362, ll.571-578).